

Franckesche Stiftungen zu Halle

Memoria Theologorum Wirtembergensium Resuscitata, h.e. Biographia Præcipvorum Virorum, qui à tempore Reformationis usque ad hanc nostram ætatem ...

Accessit Elenchus Scriptorum tum editorum, tum in Manuscriptis latentium cum
Supplementis atque Indicibus necessariis

Fischlin, Ludwig Melchior

Ulmæ, Anno M.DCC.X.

VD18 90845382

[Wilhelmus Holderus]

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:hbz:5:1-216309

est, Anno Domini, 1631. d. 13. Martii, ætatis 91.
Minist. propè 70. Solennia funeri solvit Paulus Bi-
bersteinus, Pastor Ober Efsling. ex Psalm. XXXVII.
v. 5. edit. Tub. 1631. 4. Odâ Jambicâ Virum lau-
davit Sebastianus Hornmoldus, Comes Palatinus
Cæs. U. J. D. & Consiliarius Wirtembergicus.

WILHELMUS HOLDERUS, *Nat. 1542.*
Generalis Superintendens & *Cl. 1580.*
Abbas Mulifontanus, Marpaci natus est, *Ob. 1609.*
Anno 1542. Parentibus honestis, à qui-
bus Studio Theologiæ admotus, & ob ingenii boni-
tatem singularem cum Melchiore Hægelino, post-
modum Præfule Regiofontano, ex Pædagogio Stutt-
gardiano illicò in Stipendium Illustre Tubinganum
receptus, non solum Magister Artium & Repetens
Philosophiæ in Stipendio evasit, sed & eam rerum
Theologicarum Scientiam brevi consecutus est, ut in
principio Ministerii A. ætatis 21. Parochiam Deren-
dingensem primùm vicario nomine an. 1563. cum
omnibus Pastoralibus muniis, juribus & privilegiis
administraret, & triennio elapso plenariè 1566. Pa-
stor Derendingensis; anno 1567. verò Lauffensis,
& 1570. Ecclesiæ Stuttgardianæ in Nosocomio Su-
perintendens ordinaretur; Cum verò paulo post Viri
præcipui Joh. Brentius, Præpositus, & Wilhelm. Bi-
dembachius, Antistes Ecclesiæ Cathedralis mortem
obiissent, ipse Anno 1571. in locum Bidembachi
subrogatus; ex quo porrò 1595. Abbas Maul-
brönnensis, Superintendens Generalis, atque Asses-
sor Senatûs ordinum Provincialium interioris factus
est. Ad ultimum 1608. rude donatus ob memo-
riæ

riæ defectum, vitam Stuttgartiæ transegit. In matrimonio habuit Christophori Bideri, Abbatis Adelsberg, filiam vid. Conc. Bideri Funebr. p. m. 23. Theologus excellenter doctus, qui, ut Epitaphium ejus habet, admirando Ingenii acumine in abstrusissima quæque penetravit, & adversarios scriptis suis semper debellavit ut Victor. Varia enim edidit adversus Calvinianos atque Pontificios scripta, quæ ab eruditis commendantur, è quibus eminet: Mus exenteratus, more & verbis Scholastico-barbaris elegantiori artificio elaboratus, quem B. Scherzero iudice, si vel plumbeus legat Stoicus, se (à risu) non contineat. (a) In eo autem Johannem Pistorium, Niddanum, Apostatam admodum falsè perstrinxit; quemadmodum & in reliquis suis opusculis contra Calvinianos acerbo scribendi genere usus est; quod ipsum Hospiniano bilem movit, ut intemperantius in Holderum invehatur, etiam eruditionis ei gloriam detrahens, eamque in Jacobum Andreæ, quem operum Holderianorum autorem absurdè facit, transferens. (b) Sed asperitatem istam Beumleri non minus immoderatus calamus viro, gloriæ divinæ Zelo ardenti, extorsit. Holderus etenim, ut ex scriptis elucet, erat vir acerrimi iudicii, & multijugæ lectionis, nec minus in scriptis Patrum, quàm Scholasticorum vastis operibus versatus. Naturæ debitum solvit Anno 1609. d. 24. Julii, ætatis 66. (c) Epitaphium ejus cernitur in Templo Cathedrali Stuttgartiano ex opposito suggestus, lapis verò sepulchra-

(a) *Anti-Bellarm. Disp. XI. de Eucharistia, p. 538.*

(b) *Vid. Fecht, Supplem. H. E. p. m. 146.*

(c) *Brunnii Lib. Synopt. p. 144. Conf. Conc. fun. p. 12.*

pulchralis ante Altare positus. Defuncto parentavit, Joh. Magirus Præpositus ex Hebr. XIII. 7. Anno 1609.

Epitaphium sic se habet :

Hujus erat solitus Templi micuisse Cathedrala

Nunc ubi sunt Tempe cælica , Stella micat.

Wilhelmus Holderus, Marpachi, An. 1542. natus, Theologus eximius & sincerus, vitæ morumque integritate conspicuus, in pervestiganda Orthodoxa Antiquitate assiduus, evolvendisque spinosis Scholasticorum disputationibus exercitatus, Concionator mirâ rerum inventionem, eloquentiâ atque dexteritate præditus, illustriss. Ducum Wirtemb. Consiliarius, de Ecclesia & communi Patria optimè meritus, generalis Superintendens circumspectus, per annos 24. hujus Templi Cathedralis Pastorem magno cum Auditorum fructu egit, Abbatiaë Maulbronnensi annos 13. præfuit, Dei adversarios voce & Calamo felix Victor debel-

N

debellavit, & tandem peractis sui Ministerii Ecclesiastici 44. ætatis verò ferè 67. annis ex hac lachrymarum valle, die 24. Julii Anno 1609. piè migravit: anima ipsius in manu Domini lætam corporis in hoc Cubili prope Altare sito quiescentis Resurrectionem expectans.

Tertullianus.

Satis Patientiæ sequester est Deus;
si dolorem ad eum deposueris, medicus: si mortem, Resuscitator est,

Scripta.

Admonitio de libello Bezae adversus Pappum scripto, 1580. 4.

Candor Calvinianus, i. e. de eximia pietate, fide, doctrina & modestia Theod. Bezae admonitio altera, Ibid. 1582. 4.

Cuculus Calvinisticus, sive de gratitudine & modestia Calviniana adversus blasphemiam Joh. Jac. Grynei Apologiam commonesactio, Tub. 1585. 4.

Labyrinthi Sacramentarii Prodrum contra Marcum Beumlerum, 1586. 4.

Asinus Avis, i. e. Metamorphosis nova, qua novitius Sacramentarius Marcus Beumlerus, dum temerè in avem Falconem transire voluit, ridiculo errore in asinum commutatus est, 1587. 4.

Respon-

Respo
sc
Epist
ne
Mus
Pe
16
Petit
Ber
Tu
Ber
ne
ge
be
K
Ber
i
Con.
1
Ber
ne
d
Ant
ti
Ant
fo
L
15

Fu

Responsio ad Hieronymi Zanchii convitia, quibus dis-
cessum ex hoc mundo meditatur, Tub. 1587. 4.

Epistola Terentiana ad Lambertum Daneum sub nomi-
ne ficto Hectoris Abusigeri, Tub. 1587. 4.

Mus exenteratus, seu Tractatus de Transsubstantiatione
Pontificiorum, Tubingæ, Anno 1593. 4. S denuò
1671. 8.

Petitorium Exhortatorium, - - Ibid. 1594. 4.

Bericht an Peter Muchits Probst zu Pellau,
Tubingæ, 1581. 4.

Bericht / welcher massen Pabst Sixtus V. die
neue Augspurgische Bruderschaft des heili-
gen Berges Andex mit Gnad und Ablass
beschencket / und was von solchem Ablass-
Kram zu halten / Tübingen / 1588. 4.

Bericht von dem Buch des Probsts zu Pellau,
1589. 4.

Con. Fun. über Agatham Jägerin / Tübingen/
1685.

Bericht von zweyen Papistischen Heiligen /
nemlich de merito Sanct. Congrui und Sanct. Con-
digni, Tubing. 1590. in 4.

Antwort auf die zierliche Schrift und Protesta-
tion D. Marxen zum Lamm / 1593. 4.

Antwort auf die förmliche Protestation des
schweremenden Sacramentirischen Juristen zu
Heidelberg / Marxen zum Lamm / ibid. An.
1593. 4.

Manuscriptum.

Judicium, Jurene an verò prorsus temerè & præter
omnem suam culpam accusentur Romanenses,
N 2 quod